Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



inda rasin regē syrie et
phacee filiū romelie. Et
dormiuit wathan cū patribus
suis. et sepultus est cū eis
i ciuitate David patris sui
et regnauit achas filius eius
pro eo.

Anno xvij phacee
filij romelie regnauit achas filius
wathan regis inda. Viginti
quinque annorum erat achas cū
regnare cepisset. et xvi annis
regnauit in hierusalem. Non
fecit quod placitum erat in
oculis dni dei sui. sicut da
uid pater eius. sed ambu
lauit in uia regum israel. in
super et filium suum consecrauit
transiens per ignem secundum ydo
la gentium. quae dissipauit
dns coram filiis israel. immolabat et
victimas et adolebat i cen
sum in excelsis et in collibus
et sub omni ligno frondoso.
Tunc ascendit rasin rex
syrie et phacee filius rome
lie rex israel i hierusalem ad pugnam
dū. Cumque obsederent achaz
nō valuerunt superare eum.
In tempore illo restituit rasin
rex syrie ailam syrie et
eiecit iudeos de aila. et ydu
mei et siri in ailam. et
habitauerunt ibi usque in hanc
diem. Misit autem nuncios ad
theglach falasar regem assi
rios dicens. Seruus tuus
et filius ego sum. ascende et
saluum me fac de manu regis
israel qui surrexerunt aduersum
me. Et cū collegisset argentum
et aurum quod i templo po
tuit in domo dni et thesauris
regis misit regi assirios
munera. Qui et acquiescens
voluntati eius. Ascendit cū
rex assirios in damascum
et vastauit eam. et transtulit
habitatores eius cyrenen.
rasin autem interfecit. Vidit
quoque rex achaz in occursum
theglach falasar regis assi
rios in damascum. Cumque vidis
set altare damasci. Misit
rex achaz ad uriam sacerdotem
exemplar eius. et similitudinem
iuxta omne opus eius. Extruxit
igitur urias sacerdos altare
iuxta ea quae praecepit rex
achaz. de damasco ita fecit
urias sacerdos donec venisset
rex achaz de damasco. Cum
que uenisset rex de damasco
vidit altare et uenerato est
illud. Ascendens et immola
bat holocausta. et sacrificium
suum. et libauit libamina. et
fudit sanguinem pacificorum
que obtulerat super altare.
Porro altare aereum. quod erat
coram dno transtulit de facie
templi. et de loco altaris.
et de loco templi dni. Po
suitque illud ex latere altaris
ad aquilonem. Praecepit quoque
rex achaz urie sacerdoti
dicens. Super altare maius
offer holocaustum matutinum.
et sacrificium vespertinum. et
holocaustum regis. et sacrifi
cium eius et holocaustum omnis
populi terre. et sacrificia eorum et
libamina eorum. et omnes sang
uinem victime super illud
effundes. Altare uero aereum
erit pacis ad voluntatem meam.
Fecit igitur urias sacerdos